



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 116. Epistola Papæ ad Proceres Bohemiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV.
A. C. 1418.

§. CXV.

Errores Picardorum in Bohemia.

*Balb. epit.
ver. Boh. p.
423.*

Nec tamen hac Bulla Martini V. turbæ in Bohemia sopitæ fuere, quinimo hoc anno quadraginta Picardis ex Gallia unacum suis conjugibus ac liberis migrantibus, majora coeperunt incrementa; Hi Coriphæum habebant Pragam quemdam Picardum, a quo dicti fuere Picardi. Nonnullorum Scriptorum fide discimus, ab hisce hæreticis Adamitarum errores ab inferis resuscitados fuisse, eorumque ducem illos semper nudos incedere jussisse, simulque permisisse, ut quisque in quamcunque obviam foeminam libidine incensus, eam ducere possit, quin aliæ solemnitates præter solam Picardi concessionem adhibendæ forent.

§. CXVI.

Epistola Papæ ad Proceres Bohemice.

Eoshl. l. 4. **S**cripsit summus Pontifex Mense Martio currentis anni literas ad Bohemiæ Pro-

expresse reprobant. Verum non tam agitur de hujus quæstionis veritate, quam Pontificis obedientiam excutiendi cupiditate. vide sequentem §. CXX.

Proceres, exhortans eos, ut Hussitarum errores ejurarent. Stylo sane gravi, atque ad persuadendum efficaci illis ab oculis ponit crudelitates & mala, quæ Hussitæ per universam Bohemiam patraffent; hinc eos impense rogat, ut violentiis hisce sese omnibus viribus opponerent.

Sæcul. XV.
A. C. 1418.

§. CXVII.

Legatus Papæ in Bohemiam. Deputatio Hussitarum ad Wenceslaum.

Ut vero Papa monitis suis proprios, quantum in se erat, conatus adjungeret, ex Ordine F. F. Prædicatorum Cardinalem Joannem Dominici Legatum in Bohemiam, atque Hungariam decrevit, qui furiosos ad saniora reduceret. Cum vero hi impunitatis fiducia elati, cuncta insolentius contemnerent, frustraneus erat Zelosissimi Legati fervor: Unde turbis nullatenus sedatis ad sua reverti coactus est. Qua de re ad Papam atque Imperatorem literas dedit, significans, in vanum adversus eos lingua & calamo pugnari, sed ad frangendam illorum pertinaciam arma in eos esse convertenda. Idem quoque Sigismundo consilium jam anno superiori Gersonius dederat; ast tum temporis illud exequi, plurima obstacula prohibebant. Interea Hussitæ die sexta Aprilis in arce Vifsegradensi con-

Bb 3 veniunt,